Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad obitum beatissime virginis repente conve-
nisse baiolante nube legerant et in
veteri testamento helias transportari sole-
to tali miraculo et in novo philippum
de quo dicitur Spiritus domini rapuit phi-
lippum et amplius eum non vidit eu-
nuchus philippus autem inventus est
in azoto legitur itaque kyrie huic con-
cordat de assumptione beate marie sermone
filii eius et ipsius annuente cleme-
ntia et concedente mira licentia Regem
enim quispiam sanum sapiens in hoc me
temerarium iudicabit quia id recipio
et recipiendum iudico quod sequenti ipso
sermone subsequenti clarebit et dioni-
sius magnus corroborat et eorum pa-
lestinorum apostolorum calcedonense concilium
in regia urbe constantinopoli comme-
mencia et inmortale ierosolimorum
patriarcha proloquente confirmat Ser-
mo quoque ut in eo dictamus apparet grece
primo editus et postea in latinum trans-
latus antiquitatis maturitate commenda-
tur ut etiam per hanc manifeste ab illo
apocrypho Ieronimus improbat secernatur

Sermo de assumpcione beate Marie

Hodierna festivitas dei genitri-
cis virginis marie dormicio-
nis toto orbi venerabilis et
angelorum et hominum communis sollempnitas
est Cuius quis digne sufficiat enarra-
bilia narrare miracula que per eam
inventa sunt beate puella lex peccati per eam aboli-
ta est Amare mortis dampnacio eius
prevaricacioni illata per eam soluta est
ineffabile misterium per eam inchoatum
est Quicquid novum spectaculum et in-
ascendens in mentem hominum Virgo
concepit virgo peperit et post partum
virgo inviolata permansit in eius
uterum deus incomprehensibiliter subint-
ravit et hominis ex ea naturam suscepit Ho-
die hec a regionibus terre ad ethereum
thalamum transfertur ammirabili mag-
nitudine universos superans quibus
impletur Hodie hec decenti mat-
dei gloria a rege cunctorum regaliter
assumpta est ad regna celorum
et quod deum celi inviolato utero ge-
nuit tegmen quod habuit a na-
tivitate hodierna die deponit et
connaturali terre per corporis mortem hodi-
erna die restituit que intra mundo
reconciliavit Mulier puritate tran-
scendit naturam angelorum et que super
celos sunt hodierna die penetrat
sanctorum O virgo miraculo plus
divine naturam mutuans creatori et
uterum tuum prebens nature auctori fateor
enim per te pariente non inclina cor-
ruptionem ita nec te moriente caro
pertulit resolucionem O miraculum
fide dignum partus non admisit
corrupcionem et sepulchrum fugit
resolucionem O thesaurus incom-
parabilis ad modicum in tumba recondi-
tus et mox in celorum ornatus translatus
Ad hanc spiritualem epulacionem ubi ora-
cula ipsa ubi invitat secundum carnem
nos invitat sine dilacione fratres ca-
rissimi Illa enim sapiencie sollerter est
imitata per quam ipsa est sapientia in-
carnata sibi paravit mensam apponit
divinis epulis adornatam et ubi invitat
per puella misteria mentes fidelium
saginat spiritualibus sacramentis Hec
est mensa que ipsum vivificum panem
angelorum et hominum dominum et dominum nostrum
ihesum christum qui est vita eterna exfer-
mento adamitice masse panem factum
exinde portavit Cum solus eos qui
ad se accedunt digne ad novam
vitam reducit et eos emundans
et perfectos efficit et immortales
qui communione decenti illius effi-
ciuntur participes panis qui vere
est vita ineffabilis et omni natura
excelsior Hic misertus hominis semet
ipsum exinanivit Ille dives et
nullius egens ut ad nostram
descenderet paupertatem et nostre mas-
se absque peccato participes nobis filiis